dio. nostrum fedus hodie defedat et inficit nostros
ablatiuos. qui absorbent uiuos. moti p datiuos mo
uent genitiuos. VERSUS.
Responde qui tanta cupis michi copia dicit.
Pone modum que uis addo. uolo plena sit archa.
Plena sit. adde duas. addo. si quatuor essent.
Sufficeret sic semp ais cum plurima dono.
Plus queris nec plenus eris donec morieris. Item.

ECCE. Torpet pbitas. uirtus sepelitur. fit
iam lta largitas. parcitas largitur. uerum
uincit falsitas. ueritas mentitur. Resp. Omnes iu
ra ledunt. et ad res illicitas licite pcedunt. Regnat
auaricia. regnant et auari. mente quiuis anxia
nititur ditari. cum sit summa gloria censu gl
riari. Multum habet oneris do das dedi dare.
hoc uerbum pre ceteris norunt ignorare. diuites
quos poteris malis comparare. Resp. Omnes iura
ledunt. et in rerum numeris numeros excedunt.

ADMARIS. Stupens casib; nos Item.
exultationis. organa in salicib; suspendit
babylonis. captiua est confusionis inuoluta

doloribus syon cantica leta sonis permutauit flebilibus. Propter scelus perfidie quo mundus inquinatur fluctuantis ecclesie sic status naufragatur. gratia prostat et scortatur foro uenalis gratie. iuris libertas ancillatur obsecundans pecunie. Ypocrisis fraus pullulat et menda falsitatis. que titulum detitulat uere simplicitatis. frigescit ignis karitatis. fides a cunctis exulat. aculeus cupiditatis quos mordet atque stimulat.

VERSUS.

Flete perhorrete. lugete. pauete. dolete.
Flenda perhorrenda lugenda pauenda dolenda.
Etates anni uicium peccata tiranni
Currunt labuntur remanent crescunt statuuntur
Virtus ecclesia clerus mammon symonia.
Cessat calcatur ambit regnat dominatur.
Pontifices reges proceres sacraria leges.
Errant turbantur sordent turbant uiolantur.
Abbas concessa prebendas concio fessa.
Instant uastat minuit declamitat astat.
Militibus laude monachos mundalia fraude.
Gaudet inescatur horret colit insidiatur.
Subiecti stulti gnari contemptus multi.

Dissiliunt gaudent merent attollitur audent.
Ordo pudicicia pietas doctrina sophia.
Languet. sordescit refugit rarescit hebescit.
Insons pupillus humilis uiduata pusillus.
Flectitur artatur teritur premitur spoliatur.
Ingenuus seruus parasitus scurra proteruus.
Seruit honoratur tonat imperitat dominatur.
Helluo periurus raptor fallax epicurus.
Prestat ditatur uiget excellit decoratur.
Delicie fastus inimicicie tumor astus.
Eneruant turget exercentur furit urget.
Blandimenta mine rabies usura rapine.
Suadent adduntur seuit cumulantur aguntur.
Idcirco mesti detrimentum graue mesti.
Ledimur inferimur patimur languescimus imus.
Preter languores incendia mucro timores
Tabet adaugentur consumitur seuit habentur
Aurum censores praui iusti meliores
Fallit falluntur presunt desunt rapiuntur.
Dociloquos mores legem prelatus honores.
Imbuit ornauit statuit rexit cumulauit.
Omnipotens penus hostis paradisus amenus
Iudici tollantur fugiat pateat foueatur.

FLOREBAT. Olim studium. nunc vertitur
in tedium. iam scire diu viguit. sed ludere prevalu
it. Iam pueris astucia contingit ante tempora. qui
per malivolentiam excludunt sapientiam. Sed retro
actis seculis vix licuit discipulis tandem nonagenarium
quiescere post studium. At nunc decennes pueri de
cusso iugo liberi. se nunc magistros iactitant. ceci cecos
precipitant. Inplumes aves volitant. brunelli cordas in
citant. boves in aula salitant. stive precones militant.
In taberna gregorius iam disputat inglorius. severitas
Jeronimi partem causatur obuli. Augustinus de sege
te. benedictus de vegete. sunt colloquentes clanculo.
et ad macellum sedulo. MAriam gravat sessio. nec
marthe placet actio. iam lye venter sterilis. rachel lippe
scit oculis. Catonis iam rigiditas convertitur ad gane
as. et castitas lucretie turpi servit lascivie. Que pri
or etas respuit. iam nunc clarius claruit. iam calidum
in frigidum et humidum in aridum. Virtus migrat
in vicium. opus transit in ocium. nunc cuncte res de
bita exorbitant a semita. Vir prudens hoc consideret.
cor mundet et exoneret. ne frustra dicat domine in ulti

mo examine. quem iudex tunc arguerit. appellare non poterit.

VERS.

Postquã nobilitas, seruilia cep̃ am-
Cepit nobilitas cũ seruus degña- -are.

Nobilitas quã ñ probitas regit atq; tu-
Lapsa iacet. nulliq; placet. q̄ nulla uid- -et.

Nobilitas hom- mens 7 deitatis im-
Nobilitas hom- -inis i uirtutũ clara pp- -ago

Nobilitas hom- mentẽ frenare fur-
Nobilitas hom- -inis hũile releuare iac- -entẽ.

Nobilitas hom- nature iura ten-
Nobilitas hom- -inis i ñ ĩpia nulla tim- -ere.

Nobilis ẽ quem uirtus nobilit-
Degener ẽ ille q̄ uirt nulla be- -auit

LICET. Eger cum egrotis. et ignotus cum igno
tis. fungar tamen uice cotis. ius usurpans sacerdotis.
Flete syon filie. presides ecclesie imitantur hodie xp̄m
a remotis. Si priuata degens uita uel sacerdos uel
leuita sibi dari uult petita. ac incedit in a trita. pre
uia fit pactio symonis officio. cui succedit datio. et
sic fit iehita. Iacet ordo clericalis in respectu laica
lis. sponsa xp̄i fit mercalis generosa generalis. uene

unt altaria. uenit eucharistia. cum sit nugatoria gratia uenalis. Donum dei non donatur nisi gratis conferatur. quod qui uendit uel mercatur. lepra syri uulneratur. quem sic ambit ambitus. ydolorum seruitutis. templo sancti spiritus non conpaginatur. Siquis tenet hunc tenorem. frustra dicit se pastorem. nec se regit ut rectorem. rerum mersus in ardorem. hec est enim alia sanguisuge filia. quam uenalis curia duxit in uxorem. In diebus iuuentutis timet annum senectutis. ne fortuna destitutis. desit ei splendor cutis. et dum querit medium. uergit in contrarium. fallit enim uicium speciem uirtutis. Ut iam loquar inamenum. sanctum crisma datur uenum. iuuenantur corda senum. nec refrenant motus renum. senes et decrepiti. quasi modo geniti. nectaris illiciti hauriunt uenenum. Ergo nemo uiuit purus. castitatis perit mu murus. commendatur epycurus. nec spectatur moriturus. grata sunt conuiuia. auro uel pecunia cuncta facit preuia pontifex futurus

IVDAS. Gehennam meruit. quod Christum semel uendidit. uos autem michi dicite. qui septies cotidie corpus uenditis dominicum. quod superat est supplicium. Per

pendite subtiliter. cum uendant dissimiliter. et peccet
in as
dulter utrum. sumendo plus uel modicum. quod anhe
lant munera finis est auaricia. Petrus dampnato sy
mone graui sub anathemate. docuit ut fidelib; non
ipsor
esset locus amplius in donis spiritalib; uenditoribus.
Multi nunc dãpnant symonem magis magis quam de
monem. heredes autem symonis suis fouent blandiciis.
symon non est mortuus s; uiuit in heredib;. Quam
uis cogente abraham elyon sumens pecuniam agrũ
sepulchro ephron uocari meruit. nec efronitas dicere
multos potes simile.

ECCE. Sonat in alto uox clamantis in deser
to. in desertum nos deserti. iam de morte sumus cer
ti. Omnes siquidem sumus rei. nullus imitator dĩ.
nills uult portare crucem. nullus xp̃m sequi ducem.
Quis est uerax quis est bonus. uel quis dei portat onus.
ut in uno claudam plura. mors exercet sua iura. Iam
mors regnat in prelatis. nolunt sacrum dare gratis.
postquam sedent iam securi. studiciunt sancto iuri.
Sunt latrones non latores. legis dei destructores. symon
sedet inter eos. multos facit esse reos. Symon aufert
malos bonis. symon totus est in donis. symon regnat

apud austrum. symon frangit omne claustrum. Symon
aufert symon donat. hunc expellit hunc coronat. hunc
circumdat graui peste. illum nuptiali ueste. Si non da
tur symon stridet. set si datur symon ridet. iam se symon
non abscondit. res permiscet et confundit. Illi donat dya
dema. qui nunc erat anathema. iste symon confundatur
cui tantum posse datur. Versus de Nummo.

In terra nummus rex est hoc tempore summus.
Nummum mirantur reges. proceres uenerantur.
Nummo uenalis fauet ordo pontificalis.
Nummus magnorum iudex est conciliorum.
Nummus bella gerit. si uult pacem sibi querit.
Nummus agit lites. et uult deponere lites.
Omnia nummus emit. uenditque dat. et data demit
Nummus mentitur. nummus uerax reperitur.
Nummus periuros miseros facit et periuros.
Nummus auarorum deus est. et spes cupidorum.
Nummus in errorem mulierum ducit amorem.
Nummus uenales dominas facit inpuelles.
Nummus raptores facit ipsos nobiliores.
Nummus habet plures quam celum sidera fures.
Nummus ubi placitat. cito cuncta pericula uitat.

Si nummus loquitur. pauper tacet. hoc bene scitur.
Nummus pro certo stultum facit esse disertum.
In nummi mensa sunt splendida fercula densa.
Nummus habet medicos. blandos acquirit amicos.
Nummus barbatos pisces edit piperatos.
Francorum vinum nummus bibit atque marinum.
Nummus dulce putat. quod eum gens tota salutat.
Nummus formosas vestes gerit et pretiosas.
Nummus adoratur. quia virtutes operatur.
Nummus egros sanat. confirmat et aspera planat.
Vile facit carum. dulceque reddit amarum.
Et facit audire surdos claudosque salire.
De nummo quedam maiora pro omnibus edam.
Vidi cantantem nummum missam celebrantem.
Nummus cantabat. nummus responsa parabat.
Vidi quod flebat dum sermonem faciebat.
Et subridebat. populum quia decipiebat.
Nummus honoratur. sine nummo nullus amatur.
Quatenus inflamet. nummi puer aut homo clamat.
Ecce patet cuique quod nummus regnat ubique.
Set quia consumi potest cito gloria mundi.
Ex hac esse scola non vult sapientia sola.
Nullus ei carus. nisi qui fore nescit avarus.

PROCURANS. Odium effectu p̄prio. uix detra-
hentium gaudet intentio. nexus est cordium. ipsa
detractio. s; desiderium ab hoste nescio. fit hic pulsio in
hoc amantium felix ɔitio. Insultus talium p̄desse
sentio. tollendi tedium fluxit occasio. suspendunt
gaudium prauo consilio. sic p̄ contrarium auget dila-
tio. talis remedio de spinis hostium uuas uindemio.

VERSUS.

Inuid⁹ inuidia ɔburit̄ int⁹ ⁊ ext̄.

Inuid⁹ alt̄ius reb; macrescit opimis.

Inuidia siculi n̄ inuenere tiranni

Maius tormentū. qui n̄ moderabit̄ ire.

Infectum uolet ēē dolor qđ suaserit aut mēs.

Inuidios⁹ ego n̄ inuid⁹ ēē laboro.

Iusti⁹ inuidia nichil ē. que p̄tin⁹ ip̄os

Corripit auctores excruciatq; suos.

Inuidiā nimio cultu uitare memēto.



VARIU. Fortune lubricum. dans
dubium tribunal iudicum. non modicum pa-
rans huic premium. quem colere tua uult gratia. et pe-
tere rote sublimia. dans dubia tandem p̄postere de-

paupe(re)

stercore erigens. de rethore consulem eligens. Edificat fortuna diruit. nunc abdicat quos prius coluit. quos noluit iterum uendicat. hec opa sibi contraria dans munera. nimis labilia mobilia sunt sortis federa. que nobiles premens debilitat. et debiles ditans nobilitat. Subsidio fortune labilis cur prelio troiarum nobiles nunc flebilis incendio. qui sanguinis romani gratia quis nominis greci facundia. quis gloriam fregit kar tagi nis. sors lubrice que dedit abstulit. hec unica que fouit pculit. Quid dario regnasse pfuit. pompeio qd roma tribuit. succubuit uterq gladio. eligere media tutius. quam petere rote sublimius. et grauius a summo ruere. omnis qui se exaltat hodie. humiliabitur cras

CLVM. Non animum misere.

mutat stabilitas. firmans huius optimum quod mentis firmitas. pbet cum animi tandem iudicio. nam sic turpissimi uoti consilio uim sceleris inprimi facto nefario. debet hec pmi facta pmissio. Non erit stabilis gradus qui cecidit. pes eius labilis domus que corruit. hinc tu considera quid agi censeas. dum res est libera. sic ista ne iaceas. prius delibera quod factum subeas. ne die postera sero peniteas. Cepti dimidium hʼt qui cepit. cep

tium negocium si non omiserit. ne tantum deditus circa
principia. uerum sollicitus pro finis gloria. nam rerum ex
itus librat industria. subit introitus preceps incuria.
Coronat militem finis non prelium. dat hic ancipitem
metam in brauium. illud quod tribuit dictat stabilitas.
illud quod metuit inducit leuitas. dum formam anniuit
mentis integritas. quam dari respuit uana nobilitas.
Mutat cum protheo figuram leuitas. assumit ideo formam
sui cognitas uultu constantia conseruans intimum. alpha
principia. et o nouissimum. flectens fit media dat finem
optimum. mutans in uaria cetum non animum.
O fortuna leuis cuiuis das omnia que uis. VERS.
Et cuiuis queuis auferet hora breuis.
Passibus ambiguus fortuna uolubilis errat.
Et manet in nullo certa tenaxque loco.
Dat fortuna bonum. sed non durabile donum.
Extollens pauperum. facit et de rege colonum.
Quos uult sors ditat. et quos uult sub pede tritat.
Set modo leta manet. modo uultus sumit acerbos.
Et tantum constans in leuitate manet.
Qui petit alta nimis. retro lapsus ponit [illegible]
Fortune plango uulnera stillantibus ocellis quod sua michi munera
subtrahit rebellis uerum est quod legitur. fronte capillata set plerumque
sequitur occasio caluata. In fortune solio sederam elatus prosperitatis
uario flore coronatus quicquid enim florui felix et beatus nunc
a summo corrui gloria priuatus. Fortune rota uoluitur descendo
minoratus alter in altum tollitur nimis exaltatus. rex sedet in uer
tice caueat ruinam nam sub axe legimus eccubam reginam.